



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiæ Vanitate, qua superioris
ætatis homines, doctrinam & religionem suam
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

Sarcerius, Erasmus

Francoforti, 1541

VD16 S 1775

De Discrimine, Sev delectu ciborum, & feriarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29838

nibus uel historialibus & interpretationibus, præfertur Hieronymus, in moralibus Gregorius, in sermonibus & iudicijs Ambrosius.

Pro certissima regula tenendum est, quòd dicta sanctorum ab Ecclesia approbatorum sunt firmiter tenenda, & præcipuè quatuor doctorum usq; ad ultimum iota seruari debent, et defendi usq; ad sanguinis effusionem.

Quando patres discordant, decisio spectat ad Papam, in articulis fidei & rebus spectantibus ad salutem animæ.

DE DISCRIMINE, SEU delectu ciborum, & feriarum.

Sabbatum significat diei septimi religionem non spiritualem requiem à malis operib. tantū.

Falsum est, post abrogationem legis, omnes dies esse æquales.

De dominico die non minus habemus scripturam, quàm olim de die sabbati.

Dies dominica non tantū instituta est, ut homines in illa conueniant ad audiendum uerbū dei, sed etiā ad feriandum, quæ causa potissima est. Discrimina ciborum & feriarum, sunt opera utilia ad promerendam remissionem culpæ & poenæ.

DOCTRINA SCHOLAST.

Discrimina ciborum & feriarum, sunt pars cultus dei, ad p̄merendam iustificationē utilia,

Non postrema pars Christianismi est sita in obseruatione certarū feriarum, rituum, ieiuniorum, uestitus &c.

Peccatum est, negligere discrimina ciborum dierum, uestitus &c.

1. Peccat, qui in cibis & ferijs trāscreditur, poluit conscientiam, & cōmittit mortale peccatū.

Dies dominica Ecclesiæ autoritate, pro sabbato instituta est.

~~1117~~ Diei dominicæ obseruatio, non quidem est iuris diuini, sed quasi iuris diuini.

Vtēs cibo furtiuo & prohibito, peccat mortaliter.

DE SCRIPTURA.

^a ~~sup~~ 140. ^a Scriptura habet plures sensus, ueluti literalem, allegoricum &c. nec uerum est, scripturæ esse tantum simplicem sensum.

1. Multa recipienda sunt circa negociū salutis, quæ tamen in scriptura non continentur.

2. Periculosissimus error est, dicere, q̄ in cōtrouersijs ecclesiasticis, scriptura pronunciare debeat, quia scriptura utriq̄ parti cōmunis est, & utraq̄ pars illam acceptat.

3. Intellectus scripturæ ex concilijs & patrum scriptis colligendus est, non ex ipsa scriptura.

3. Tanta est autoritas Ecclesiæ, ut illi cedat sa-

cia